



Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Item secunda, quæ alludi putat ad morem veterum, qui cœnabant
discalceati, mensis accumbentes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

236 De CALCEIS HEBRAeor.

mum essent comesuri. Commis-
scuntur enim viatorum calceos à
vulgaribus diversos fuisse, sicuti
& hodie apud plerosque obtinet,
ut in itinere calceos induant alios,
quam in usu quotidiano. Hoc vero
commentum ego sane nescio qua
ratione potuerit eruditis homini-
bus placere. Nam quad conjici-
unt de viatorum calceis, & qui-
dem à vulgaribus diversis, id nullo
testimonio probant. Neque quid-
quam occurrit in hac tota lege,
quod sententiam adstruat. Hoc
enim solum præcipit Deus, ut
Paschalem agnum calceati come-
dant, de viatorum calceis nihil
præscribit.

III. Referunt alii ad eum mo-
rem, qui olim obtinuit, ut cal-
ceos deponerent dum cœnarent,
ne lectuli, in quibus discumbe-
bant, iis inquinarentur. Volunt
nimirum Deum præcepisse, ut Pa-
schale convivium etiam à reliquis
in eo differret, ut ne calceos pro-
more deponerent. Quorum qui-
dem opinio priori longe est doctior.
Veteres, cum essent cœnaturi, so-
leas deponere solitos, post cœnam
vero

vero reposcere atque resumere, res est certissima. De Romanis id elegantissime demonstrarunt politissimi viri Petrus Ciacconus atque Fulvius Ursinus, qui omnem Triclinii rationem exposuerunt, & tabulas marmoreas, in quibus pueri visuntur calceos cænaturis detrahente, & ipsi convivæ nudis pedibus accumbere, exhibuerunt. Apud Judæos eundum morem viginisse ex Euangelica historia viri literatissimi ostenderunt, qui Servatorem, & ipsius Apostolos, more Romanorum illius ævi accubuisse, dum aut pranderent, aut cænarent, observarunt. Præter Petrum Ciacconum, qui multis demonstrat omnia cum hoc more perquam bene convenire, quæ ab Euangelistis sunt prodita, videri possunt Hieronymus Mercurialis, Johannes Baptista Villalpandus, & complures alii, quos adduxit Julius Nigrinus. Quibus addi merentur, quæ collegit ex Rabbinorum monumentis, vir in iis versatissimus Johannes Lichtfotus. Quare non inepte videri possunt homines eruditæ ad hunc morem referre hoc

Numi-

Ciaccon.
de Tric.
& ad eum
Fulv.
Ursin.

Mercur. de
arte Gymn.
I. I. c. 2.
Villalp. in
Ezech. 23.
Nigron. de
Caliga
cap. 2.

Licht. Hor.
Hebr. in
Matth. 26.
20.

238 De CALCEIS HEBRAOR.

Numinis præceptum, quo voluit
Israelitas Pascha comesuros esse
calceatos, ut hac in re Paschale
convivium etiam à reliquis differ-
ret, ne calceos deponerent, quod
alias pransuri aut cœnaturi sole-
bant.

IV. Mihi tamen hæc non vi-
detur hujus præcepti ratio. Poste-
rioribus seculis apud Judæos hunc
morem fuisse, ut mensæ accum-
berent, & calceos deponerent ne
lectulos inquinarent, constat satis.
Sed an mos ille tam antiquis tem-
poribus fuerit in usu, non tantum
dubitamus, sed è contra asserimus,
apud Judæos eum nondum vigu-
isse, cum hoc præceptum trade-
ret Deus. Prisci mortales, sicut
in herba jacentes cibum sumpse-
runt, quo pertinere videtur, quod
Gen. 18.4. Abrahamus tres viros, qui circa
meridiem venerant, sub arbore re-
clinare jubet, ut sub umbra in
gramine jacentes caperent cibum,
ita etiam federunt. Quem quidem
morem jam ab Isaaci ævo obtinu-
isse, ut veteres Hebræi non in
lectulis accubuerint, sed ad men-
sam federint, sacra monumenta
abunde